



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 3. Matthias Austriæ Archidux in Hungariæ Regem salutatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

ponerent, fecus ab omnibus simul Sta- Sæc. XVII.  
tibus uno impetu opprimendi. Postea A.C. 1608.  
nonnulli adversus Cæsareæ Aulæ Mi-  
nistros querebantur, quod negotia pas-  
sim occurrentia ab ipsis noxia tarditate  
expedirentur: Hisce autem querelis  
suum de imminuenda Cæsaris jurisdi-  
ctione propositum tegere nitebantur.

### §. III.

#### *Matthias Austriae Archidux in Hun- gariæ Regem salutatus.*

In iisdem comitiis Proceres præcipue *Calmet Hist.*  
Protestantes, qui Cæsarem extortæ *Univ. l. 150.*  
Religionis libertati adversari noverant, *Goldast de*  
nulla ferme cunctatione consenserunt, *Regn. Boh.*  
ut juxta Viennensis pacti leges *Matthias cum. p. 138.*  
ob adversam Cæsaris valetudinem Ca-  
put Domus Austriae, necnon Hun-  
gariæ Rex ac Princeps declararetur:  
quo facto Hungari cum Austriae mu-  
tuuo sese foedere obstrinxerunt, ut non-  
nisi ipsius imperio parerent, eoquod  
Cæsar ex animi indispositione & infirmi-  
tate, quæ sua periculosa intervalla haberet,  
in Regimine Regnorum & Provinciarum  
minus sufficiens atque idoneus esset, ita, ut  
iis a Deo sibi commissis eo, quo par esset  
modo, præesse nequiret, aliunde vero Cæ-  
fare improli Matthias proximus ipsius  
hæres foret. Ab eo tamen petebant

T 3

Hun-

Sæc. XVII. Hungari, ut confirmatis omnibus eo  
A. C. 1608. rum privilegiis conscientiæ libertatem  
ratam haberet. His ita compositis de  
nona Aprilis Cardinalis Dietrichstein  
Praga Viennam reversus nuntiavit  
quod Rudolphus Cæsar cum Turcis ad  
quidem accepta habere velit, in  
mitiis autem Posoniensibus attentio  
prorsus nulla esse cuperet. Ad ha  
Matthias Archidux id sibi integrum non  
esse respondens, subito Viennam ad Ne  
burgense monasterium die decima quin  
ta ejusdem Mensis secessit, a plurimis  
Belliducibus, aliisque Proceribus pra  
cipue Protestantibus ibidem salutatus.  
Interim viginti quatuor belli tormentis  
instructus militem, quem ex omnibus  
Austriæ locis ad arma exciverat, pre  
stolabatur. Vicissim Cæsar Bohemiam  
Ordines, qui eadem die conventum in  
Bohemia celebrabant, socios etiam di  
confederatos de auxiliis in promptu ha  
bendis, ac exigente necessitatis casu  
præstandis interpellat, simulque magno  
numero equites peditesque Pragam ade  
duci, & per civium domos distribui  
justit, Matthiam admonens, ut a van  
suis molitionibus desisteret.

## §. IV.

*Pacis compositio Cæsarem inter eum  
jus fratrem Matthiam facta.*

Sunt